

*imò manca, & mutila, fugiatis, quod & verè, si in  
rem præsentem ire, & diversas editiones conferre de-  
inceps volueritis, sat scio, à me dictum esse dicetis ipsi.  
Certè ita se res habet, quod vel tacita clamat experien-  
tia: vitiosè edito libro qui paulò minore sumptu com-  
parato libenter utitur, sæpe & facile seducitur. Vale-  
te benè omnes boni, & mali si qui sunt, ut tandem ab  
animo rectè valere queant, mentem ipsis à Deo dari  
meliorem, id est, quod voyeo & opto.*

*Quia sub anni novi exordium hæc ab-  
solvo, ne qua pagina vacua relinquatur,  
adjicio hos versus.*

*Ad Deum.*

*A*nnus abit *vetus*, ordimur *novum*, abire  
jubeto  
*Omne malum illo, ortum hoc facit ut*  
*omne bonum,*  
*Gratia cuius adhuc vetera cere nescia perstat*  
*Per veterum annorum secula cuncta, Deus.*  
*Gratiam ut obtineant homines, jam munera do-*  
*nant,*

*Quæ donem tibi, sunt munera nulla mibi.*  
*Nec tua muneribus datur ullis gratia, nì illo,*  
*Si absq; tuis tribuam munera nulla mibi.*  
*Namq; ut revera queat esse, quod ipsa vocatur,*  
*Gratis contingit gratia, non merito.*

*Tu*